



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

27. De ductu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

ἄποστατον  
plura ge-  
nera re-  
centet  
Hermo-  
genes.  
παρὶ τῶν  
σάδων.

est, aut ἐλλείπουσα, aut ἰσάζουσα, aut μο-  
νομερής, aut ἀπορομένη.

Ellipusa, quum aliquid deest ex circum-  
stantijs, quod faciat quaestionem: vt si aliquis  
abdicator, nec abdicationis vlla sit causa. Ea-  
dem dicitur, κατ' ἐλλείπεις, & κατὰ μορίον, &  
κατὰ περισσιν.

Isazusa, quum eadem ex vtraque parte di-  
cuntur, & nihil proprium est partis alterius,  
vt, Duo adolescentes vicini speciosas vxores  
habebant, accusante adulterij: Quicquid e-  
nim altera pars dixerit, idem & altera dictura  
est. Eandem ἰσομερῆ, & κατ' ἰσότηα, &  
παρισότηλι nominant.

Monomeres, quum ex prima parte tantum  
constat, nec quicquam ex secunda afferri po-  
test. Hac eadem ἑτερομερής, & καθ' ἑτερο-  
μερίαν.

Aporos, quum iudex non inuenit quam  
sententiam dicat: vt, tres similiter agebant, duo  
soli reuersi sunt: accusant se inuicem cæ-  
dis: Hic enim iudex non inuenit, quid se-  
quatur, cum vterque ab altero dicat occisum,  
& nihil vtrobiq; ad probationem afferri pos-  
sit, deficiente circumstantia.

Ἀσύστατον  
sive  
causarum  
sive statu  
& funda-  
mento alia  
species.

Sunt & alie species, quas apud varios arti-  
um scriptores inuenimus, vt, ἀνεστρέψουσα,  
ἀχρονος, ἀδύνατος, ἀπίδαιος, ἀπρεπής,  
ἀνεστρέψουσα, παρ' ἰσορίαν, ἀλογος.

Antistrepausa, quum actionem suam con-  
uertunt litigantes. Talis fuit causa Protagoræ,  
& Euatli, de qua dixi lib. 6. c. 28.

Achromos, quum color facti non inueni-  
tur: vt, Decem milites belli tempore pollices  
sibi amputauerunt, rei sunt læsæ Reip.

Adynatos, quum id in themate ponitur,  
quod sit contra rerum naturæ fidem: vt si in-  
fans accusetur adulterij.

Apithanos: cum id inuenimus in themate,  
quod minus verisimile est: vt quum oculos  
cæci recuperasse dicuntur. Quæ materiæ (in-  
quit) solent recipi, quoniam, quamuis minus  
verisimile sit, oculos recuperasse cæcum, ta-  
men possumus credere à diuina maiestate:  
alicui aliquando hoc esse  
concedendum.

De causis cacofistatis.

C A P V T XXVI.

Cacofistata sunt, quæ leui, & ruinoso  
fundamento inniuntur, vt sunt ἀσπί-  
πής, ἀνεσχμωτῶ παρ' ἰσορίαν, ἀλογος.

Aspites, quum aliquid personæ incongru-  
ens inuenitur, vt, vir fortis præmium accipiat.  
Quando fortiter fecit, petit præmij nomine  
nuptias filię suæ.

Anæschyntos, quum prima pars impudens  
inuenitur, vt, luxuriosus pater abdicator filium  
frugi.

Parhistoria, quando in controersia inueni-  
mus, quod sit contra historię fidem.

Alogos sine ratione componitur: quamuis  
omnia asystata ἀλόως dici possunt, siqui-  
dem, nusquam in his ratio reperiri potest.

De ductu.

C A P V T XXVII.

Quum cognouerimus materiem confi-  
tere, ductum quærimus, hoc est, mo-  
dum, quo tota causa agenda sit.

Ductus sunt quinque, simplex, subtilis, fi-  
guratus, obliquus, mixtus: simplex, quum  
simpliciter id agimus, ita, vt in themate posi-  
tum est. Subtilis, quum aliud est in themate,  
aliud in agentis voluntate.

Figuratus, quum palam dicere pudor im-  
pedit.

Obliquus, quum periculum prohibet aper-  
te agere.

Mixtus, qui est ex varijs compositus.  
Simplex ductus, vt, Inuentus est quidam  
iuxta cadauer, recens hominis occisi, sit reus  
cædis: causatiuum, litis est, quod sit inuen-  
tus, quod est præteriti temporis, & ideo ve-  
rum est consilium, ac per hoc simplex est du-  
ctus.

Subtilis, Amicos non habet, abdicator: Sub-  
tilis inquam est ductus: quoniam aliud est in  
themate, aliud in agentis voluntate: nam  
quantum est in themate, abdicator filium, non  
tamen verè abdicator, sed titulo abdicationis  
frader, vt amicos habeat.

Figur.

Figuratus, Adulteros liceat occidere: Infamis fuit in nurum, inuenit filius adulterum: obuoluto capite, nec eum occidit: interrogatus ergo à patre, qui fuerit adulter, cui pepererit, non dicit, & abdicatur. Figuratus est ductus, quoniam pudore deterretur filius patri palam dicere: tu adulter fuisti.

Obliquus: Qui inuaserat, deponit dominationem sub pacto abolitionis, vult petere magistratum, contradicitur. Ductus erit obliquus, quoniam periculo prohibetur, qui contradicit, aperte mentionem facere iniustæ dominationis.

Mixtus: Qui infamis fuit in nurum, arcem occupauit: vocauit ad se filium, & interrogauit, an timori crederet, negauit se credere, deponit pater dominationem, sub pacto abolitionis, filius repudiavit vxorem, interrogat pater causas repudij, non dicit, & abdicatur. Ductus est mixtus, id est, & figuratus & obliquus, quoniam pudore deterretur: patri palam dicere: tu adulter fuisti, & ideo repudiavi vxorem: & obliquus, quoniam periculo prohibetur aperte mentionem facere iniustæ dominationis.

Diuisio causarum.

Ad imaginem statuum cognoscendam.

C A P V T XXVIII.

Septem genera conuersionum, & varia nomina ex antiquis: Nota porro, legalém conuersionem dici, que petitur ex aliqua lege civili scripta. Rationalem, que ex hypoch. lege rationis, & re aliqua, seu facto ad rem spectante. Simplex rationale, cum res vna, vel factum simpliciter tractatur vt inuentus est iuxta cadauer: recens hominis occisi, tenens etuentum mularum: gladium, reus est cædis. Simplex legale, quum lex vnã facit quæstionem, vt, Peregrinus murum ne ascendat, & hostem propulsauit, petitur ad pœnam. Coniunctum rationale, quod constat duabus rebus, & causatiuis.

Rebus, quum multa quærentur, vt si. ali. Coniuncta rationalis: quis accusetur, & adulterij, & sacrilegij.

Causatiuis, quum vna res quæritur, & multis causis approbatur: vt, Luxuriosus adolescens iurauit se vxorem non esse ducturum, & fatina ex abdicatur, illic enim vna quæstione ostenditur, an abdicandus sit, sed causatiuis coniuncta est, & quod luxuriosus est, & quod iurauit se vxorem non esse ducturum.

Coniunctum legale: quum quæritur, an contra plures leges sit admissum, vt, Peregrinus murum ne ascendat, & nocte nemini liceat esse cum telo: Peregrinus murum cum telo nocte ascendit, & hostem propulsauit: petitur ad pœnam. Hic enim contra duas leges fecisse dicitur, & quod peregrinus murum ascenderit, & quod nocte cum telo fuerit.

Comparatiuum rationale: quum aut personæ, aut res comparantur.

Persona, vt, Qui plus Reipub. præstiterit, petat præmium. Contendunt Medicus, & orator. Hic enim quæritur, qui melior sit, ytrum medicus, an orator.

Res, vt, Qui plus Reipubl. præstiterit, petat præmium: alter hostes ab obsidione repulit, alter hostium ciuitatem cepit. Contendunt de præmio: hic enim facta eorum, & res comparantur: vt quæritur, quid plus sit hostes repellere ab obsidione, an hostium ciuitatem capere.

Comparatiuum legale, quum leges comparantur: vt qui auxilium parentibus non tulerit, capite plectatur: & Mas templum Cereris si ingressus fuerit, capite puniatur: In templo Cereris matri auxilium filius tulit, petitur ad pœnam. Hic enim quæritur per comparisonem, secundum quam legem filius facere debuerit.

Mixtum: Quando non ex vno genere materia composita est, id est, quum & simplex est genus, & comparatiuum, aut cum & rationale, & legale.

Simplex, & comparatiuum: vt, Quidam prodicionis accusabatur: ex filijs eius alter fortiter fecit, alter deseruit, petit pater de viro forti, vt abolitionem iudicij peteret. Ille incolunitatem desertoris fratris optauit, & re non adfuit patri, absolutus pater abdicat filium. Hic enim, & simpliciter quæritur, an contra voluntatem patris, præmium ei licuerit petere, & per comparisonem, quid magis debuerit optare.

Mixtum ex rationali, & legali, vt, Qui pro-

Kkkk. 3. diti-